DE
QVATVOR SIGNIS;

quæ apparent in vnguibus manuum.

AVCTORE

PHILIPPO
FINELLA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Neap. Typis Iacobi Gaffari. 1649

Digitized by Google


PHILIPPVS PHINELLA ÆTATIS SVÆ ANNORVM·XXXXVIII·M·DCXXXII

ILLVSTR.mo AC EXCELL.mo

Domino,

D. HIERONYMO

MARIÆ CARACCIOLO,

CAMPANEÆ PRINCIPI, S. Giorgij Duci, Terrecuſij Marchioni, Caſtri Abbatis Domino, Militi Alcantaræ Paraleidæ Commendatori, Hiſpaniarum Regis Magnatis, & Equeſtris Militiæ Tribuno in hoc Regno.

NON eſt per ſeipſum tam tenue, & molle Corallum donec ſub ſalſis moratur vndis, quam manibus tangendo obdureſcit, & petrificatur. Speculatio enim priuſquam formale informet obiectum in cogitatione non aliud eſt, quam vmbra excogitabilis quæ formata in animæ potentijs formam aſſumit, Spiritum, & Corpus; embryo verò in ſuis primis principijs eſt

informatum incognitum, & monſtruoſum, ſed effectis cunctis membris eluceſcitur natum. Tanto dic pro Corallis*, intelligendo quatuor ſigna, quæ in vnguibus manus apparent, quòd eſt Titulus Operis, nam Corallum immerſum aquis præ ſubtilitate, haud præmio, quas retinet occultas virtutes in conſulgures celat præ ſpeculatiuas obſeruationes, & experientias geſtas, ac trudes præ embryone labores, quo hodiè in lucem ædicunt tuo ſum clarus, quem rogo gratanter accipiens illam generatiuo, quò tibi, nec detinuerit, quòd ſit modicum volumen; haud enim ignorans, quod quò minus munus, tanto extimatïone dignus, ſi quidem perſpicimus Margaritæ in tanta ſunt extimatione habitæ, nec tam prò extimatione, quàm pro virtutibus, quas habent; Adamans adauget generaliter hitapus cor holireſcit; pericula propellit turchesia;* Saphirius *ardentiſſima refrigerat libidine, ſanguinem reſtringit Elitropia, Topatius fantaſmata fugat; Sardonius facit hominem letum, & amabilem; Topatius vehementer vires corrobo-*

rat

rat. Imites facit caſtos; Pentaura ad ſe trahit omnes Margaritas, vt magnes ferrum; Hyacinthus vig rẽ præbet virtutibus omnibus corporis, Balaſſus pellit omnes à mente cogitationes noioſas; ſinet hiſtra ſubleuat ſpiritus vitales cordis, & bericcus amorem creſcit inter coniuges; Quid ergo mirum ſi meum volumen non eſt magnum, ſi gemmæ, vt paruulæ tantæ ſunt virtutis; ſed vbi nam reliqui admirabiles illas virtutes illius exiſtimatiſſimæ gemmæ attractiuæ ſui nominis reddentis humanos animos efferatos; cedat ergo adamans generoſitati; Piropus gaudio, Turcheſia periculis, Saphirius libidini, Elitropia ſangnini, Topatius fantaſmatibus, Sardonius affabilitati priopus viribus Aries Caſtitiæ; Pentaura attractioni, Hyacinthus virtutibus Animalibus, Balaſſus cogitationibus, Amethopos virtutibus vitalibus, Brillus amori; ſingularum Tua *Dominatio noſtra gemma magis vnica, & ſingularis eſt, ob virtutes, quas poſſidet multiplicatas, Docti eam admirantur, & ſimul terrent indocti, quare ego dubius incidendi in Oris detra-*

ctorum maleficibus vſus ſum nunc attra-ctiuo ſui nominis, vt à ſapientibus corrigerer, & lederer à Zoilis, in quam donum, donatoremquè accipe eo affectu, quò ego porrigo, & ab Altiſſimo tibi omnes deprecor voluptates.

Excell.

Additiſs. ſeruus

Philippus Finella.

Digitized by Google

De quatuor ſignis, quæ apparent in vnguibus manuum.

AVTCORE,

PHILIPPO FINELLA

IN noſtra Phiſonomia Naturali,quam ſuperioribus annis imprimendam curauimus,clariſſimè de ijs ſignis, quæ aliquibus temporibus in manuum vnguibus videri ſolent egimus:Cuius ratio,& ſeries ſatis breuis fuit in oſtendendo , atq; etiam in eorum ſignificationibus ſignificandis . Ac ſi alijs in locis noſtrorum laborum , & compoſitionibus,occaſione diſſerendi,quæ illis temporibus accidit nobis,hominem ſeptem ex rebus conſtare diximus, id omne tamèn iure optimo, vt verum,& probabile,probatum fuit ; quæ ſeptem res,ſunt oſſa,ſanguis,corium,nerui,caro, pili,& vngues . In oſſibus conſtat Saturni frigiditas;in ſanguine humidum radicale Iouis ; in corio calida ſiccitas Martis ; in neruis ſpiritus

vitales Solis;in carne Veneris formalitas;in pilis natura Mercurij, & in vnguibus ſuperſluitas Lunæ;pro frigido,& ſicco intelligitur Terra pro Terra mœſti;pro calido, & humido intelligitur aer,& pro aere ſanguinei;pro calido,& ſicco intelligitur ignis,& pro igne iracundi,& pro frigido,& humido intelligitur aqua, & pro aqua pituitoſi.

Hæc elementalis natura, proptèr participationem quam habet ex mixto,affert corruptionem totius humani compoſiti, & ſi frigidum non participaret ex ſicco, & humido, non eſſet hic infra aliqua corruptio, præcipuè in corporibus ſublunaribus; ſed cùm omnis noſtra cõpoſitio facta ſit ex mixtione, neceſsè eſt, vt ſequatur corrùptio;vndè oriuntur poſteà omnes inferiorum corporum valetudines aduerſæ.

Dicamus igitur, quòd cùm Luna ſit prædominatrix vnguium,de quibus acturi ſumus, eſt velocior quouis alio Planeta, ſic etiam ſuperat omnes in humido, & frigido; & quanquàm in capillorum fumoſitate eſt pars ſuperflua,tamèn non eſt,vt illa vnguium; nàm experientia videmus, quòd cùm capilli tribuantur Mercurio; nunc veniunt rari,nunc denſi,nunc criſpi, nunc extenſi,nunc calui,nunc hac,nunc illa ratione, effectus verè Planetæ Mercurij,qui ſicuti innitenitur cũ alijs ipſius naturę,ità illis conformatur.

Sunt

Sunt igitur vngues partes ſuperfluæ, ſed mixtæ compoſitionis, vt ſuperius diximus, hoc eſt, frigida, & humida, cuius mixta natura, aquæ elemento tribuitur, cuius humiditas efficit, vt illæ libentèr creſcant, ac iure dici poteſt, vngues hominis (ob naturam, & mixtionem aqueam, quam habet) ſpecula eſſe ipſius hominis, quia facilè aſpiciuntur effigies illorum, qui in ijs ſe aſpiciuntur, non tàm proptèr earum opacam luciditatem, quàm ob coloris ſplendorem, & certum eſt, quòd cùm patitur in digeſtione, color natiuus vnguiũ, prorſus aſpicitur pallidus, niger, ac decoloratus; quaproptèr experientia dicere poſſumus, putredinem vnguium clarè oſtendere nobis ad viuum per extrinſecas apparitiones, intrinſeca corporis accidentia; cùm verò apparent rubræ, lucidæ, & boni ſpeciminis, certum eſt, illum optimè valere, animo trãquillo, & ſereno.

Duo potiſſimùm conſiderauimus, & obſeruauimus in naturali Phyſonomia, oculos ſcilicèt, & vngues, nec quicquã eſt ipſis euidentius, vt poſſimus animi paſſiones, & cognoſcere, & diſcernere; oculos in luciditatis ſplendore, & vngues in colore, & veluti hæc apparebunt, poteris exiſtimare cuinam magis humori ſit homo ſuppoſitus, ſemper tribuens mœſtos terræ frigiditati, quibus proptèr exiguum, quem habet,

bet,calorem, cruda inſertus indigeſtio , & hinc euenit color niger. Sanguineos naturæ aeris, ex humidi,quod habent,affluentia, & largitate, quorum color erit albus. Iracundos igni, præ iraſcibilitate, quibus rubeus adeſt color, & pituitoſos aquæ mixtioni, quorum colores cineraces ſunt.Nàm hanc rationem ſectando, tua ſponte poteris,quemadmodum natura ſuos, in creaturis,operetur effectus, dignoſcere, rerum omnium vniuerſalis vera mater,ex quò nobis, cunctas occultas,quas amplè poſſidet, facultates vno tempore repreſentat. Quidnàm tibi poſſet illa præſtare ſi lingua conſtaret,niſi ſua, ſub ſignorum ſpecie, aperire ſecreta? quòd ſi interdum ſuper vngues exigua ſigna apparebunt puncturæ acus magis,minuſq; magnę, vel paruæ aquæ guttæ,effectus ſemper iudicabis ſecundum ipſorum apparentiam, ideſt, ſi parua erunt ſigna, paruum erit, & ſignificatum, & ſi magna,magnum.

Reliquum eſt, vt mixtos declaremus colores. Verbi gratia, rubea gutta hærens albo, nigra rubeo,& cinericia albo,poteris in hoc inferre peculiare iudicium, in quo tibi eſt adhibenda ſagacitas,& ingenij excitatio, vt dicere eſt, ſi alba rubeæ foret agglutinata, vel rubea albæ, benè perſpicies vtra earum ſit maior, illa enim hoſpetrix erit,& hoſpita minor; ſed hoc ſuo lo-

co

co apertiùs declarabitur cùm ſuis ſignificatis.
Dicamus itaq; quòd cùm ſit Luna alio quocumq; velocior cęleſti corpore, conſequenter ductrix eſt, quæ ducit, & ſinit nos cuiuſq; coniunctionis aſpectus, ac pręcipuos inſpicere gradus. Siquidèm ſinit nos quænàm ſint in cœlo ſtellæ fixæ cognoſcere, & quinàm planetarum aſpectus, cum mutatione, tùm temporum, tum, uè corporum ſublunarium, in hominibus ſuperfluos humores, & reduntãtes, vegetatiuam in plantis, ac miſticam in metallis eſſentiam ipſius metallicæ diſpoſitionis; quare Luna eſt ſuper omnes argumentoſa. At ſi Philoſophus inquit, ſolem, & hominem, generare, id dixit quoad vitalem virtutem, ſed naturales occultorum naturæ ſecretorum, nihil, aiunt poſſe attingere finem, nì ſuum habeat principium, nec abſolui, nì prius ad ſuam primam reducatur materiam, nec aſpectuum poſſes eſſe capax cœlorum, niſi coniunctione Luna coniungeretur. Et quis oppoſitionem intelligeret, nì Lunæ eclypſis clarè conſpiceretur? Ad ſummam ipſa nobis trina inſinuat, ſextilia, atq; quadrata, quæ inter ſe faciũt quotidiè cœli. Prætereà nos illa docet per hæc apparentia ſigna in vnguibus manuum hominum, tranſitus cronocatores, ac momentaneas progreſſiones ſuorum circumuolutionum.
Quamobrèm nihil eſt admirationis, ſi in vngui-

guibus ceù ſuperfluis partibus à Luna prædominatis,huiuſmodi aliquando videantur apparere ſigna;quandoquidèm vti principium, materiam diſponit magis quàm alio aliquo. At quoniam in ſecundo noſtræ phiſonomiæ libro, de horum ſignorum apparitionibus diximus velle diſputare, ſumus contenti id nùnc executioni mandare,noſtras propalando experientias, de quatuor coloribus cumulatè agendo,ad maiorem proximi profectum, ſic vtiquè nos edocet Redemptor noſter.

Vt enim in vſum venias tantę obſeruationis, moneo te, ſigna alba ex bona manarė diſpoſitione,& nigra ex mala, exempli gratia, humor ſanguineus quãdo redundans eſt,lætum reddit hominem,hilarem,bonæ conſtitutionis, naturali colore perfuſum,liberalem,pium,pacificũ, beneuolum,lepidum, ac proximi amatorem; vndè poſtmodum de bonis,& naturalibus effectibus,quos hæc alba ſigna poſſunt afferre,facilè valemus inferre coniecturam. Cum autèm apparent ſigna nigra,indicium eſt, atram bilem prædominari, & ſuſpicioſum hominem facere, pauidum,timidum,auidum,impiarum cogitationum atq; maleficarum, quos effectus ardui quidèm,& peſſimi ſunt ſemper habendi.

Quandò verò rubea,iracundum laticem ſuperabundare argumento eſt, qui nimirùm iracun-

Digitized by Google

cur dum efficit hominem, mœſtum, ac repentinorum, improuiſorumq; motuum, ex quo indignationes oriuntur, odia, rixæ, atq; tumultus. Ac tandèm cinericia cùm fuerint, non dubium, quin pituitoſus præſit humor, pigrum ſtatuens hominem, ſocordem, tardum, & in negotijs ambiguum.

Porrò horum effectuum cauſa potiſſima, prouenit ex corde, quod veluti pars nobilior toto humano compoſito, exuberat ſpiritibus vitalibus, & ibi abundantiùs operatur, quò plus influit ille humor, & foras deindè emittit ſuper vngues paruas puncturas illas; & quò fortiores, & validiores fuerint illi ſpiritus, grādiores quoq; ac vegetiores producent effectus; & ea eſt, quā facit horum ſpirituum vitalium, conſtipatio, vt facilè communicet cum animæ potentijs, ſcilicèt memoria, intellectu, & voluntate, adſeruans in prima ſpecies præteritas; rerum notitiam in ſecunda; & executionem in tertia cuiuſq; conſilij ſui, è quibus cōmunicatione, & effectibus, cunctarum prodeūt iudicia rerum, (ſecundum tamèn coniecturalem partem, & non iudiciariam) quæ vtiq; coniectura ſoli obſeruationi innititur, ac temporis experientiæ.

Et licèt hæc ſigna non ſemper eodem appareāt colore, nec forma, vt dictum exſtat, neq; in eadē vngue, ſunt tamèn in genere ipſius ſubſtantiæ quo-

quorum ſic indifferentes apparitiones, maximo nobis fuere labori; quoniam, vt per coniecturas id intelligeremus, varias, innumeraſq; nos oportuit vſu cognoſcere experientias. Quare, experti ſumus, hæc alba ſigna, quo tempore apparent in vngue digiti medij Saturno aſcripto, non attuliſſe illud ſignificatum, quod cęteri attulere colores; & ſigna nigra, quæ in digito indice Ioui ſubdito, viſa ſunt contrarios produxiſſe effectus, & ſic de cœteris dicimus; quæ nimirùm obſeruationes, magna ex parte nos fácere capaces nedùm ſuorum ſpeciminum, verùm etiam, & ſignificatorum, & hac in noſtra ſententia, haud ſinunt nos Aſtrologi mentiri, neq; occultarum rerum naturæ naturales obſeruatores; nec quid reperitur in mundo, vel grande, vel modicum, cui Auctor vitæ ſuum nō præbuerit naturale inſtinctum, aut occultam virtutem, & id omne, vt hominem iuuaret atq; ditaret. At quoniam ſecūdæ cauſę non influūt, nec operantur iuxtà noſtrum arbitrium, idcircò tenemur neceſſariò credere à prima cauſa omnia manare, & atteſtamur, tunc in nos ſecūdas cauſas influere poſſe, quando nos ipſi eis aſſentiri velimus (de corpore loquendo) ſed tāquàm liberi, nihil ab influentijs cogimur ſtellarum. Agendo verò de ſublunari corpore, inquimus, peculiarem planetam horis omnibus domi-

mi-

minari diurnis,atq; nocturnis.En exemplum, primæ horæ diei dominicæ, quæ incipit ab ortu ſolis, ipſe Sol eſt dominator; ſecundæ horæ Venus;tertiæ Mercurius; quartæ Luna; quintæ Saturnus;ſextæ Iuppiter;ſeptimæ Mars;in octauam redit Sol;Venus in nonam;Mercurius in decimam;in vndecimam Luna;& Saturnus in duodecimã. In dominio verò horarum noctis dominicæ (eandèm ſeriem tenendo) Iouis intrat dominator primæ; Mars ſecundæ; tertiæ Sol;quartæ Venus;quintæ Mercu ius;ſextæ Luna;ſeptimæ Saturnus;octauò Iouis;nonæ Mars; decimæ Sol; vndecimæ Venus; & duodecimæ Mercurius, & ſic finit naturale domininm viginti quatuor horarum dominicæ,iuxtà Ptolomei doctrinam.Igitur,ſi vltimæ horæ noctis eſt prædominator Mercurius,ſequitur,Lunam fore dominatricem horæ primæ diei Lunæ; & quemadmodum dictum eſt de illo Planeta, identidèm de reliquis,ſentiendum eſt;& cùm latè volucris huiuſmodi eſſe conſcius radicis, adeas librum ſecundum noſtræ methopoſcopiæ naturalis;quoniam affatim in eo, tùm de æqualibus,tumuè de inæqualibus agitur horis, cùm præcipuis tabulis, hæc omnia explicantibus. Nos autem noſtrum proſequentes inſtitutum,dicimus,quòd apparitio illorum ſignorũ illa,vel illa forma ſuper vngues, procedit à pri-

ma

ma cauſa aquæ in corde conſtipatæ;ſed forma, & colores eorum caſu exoriuntur,& ſecundum Planetam dominum horæ,& prædominatorem ſituationis illius, accipe exemplum; cùm eſſet Venus dõmina horæ,& cor emitteret in vnguẽ ſcintillam aliquam illius redundãtis ſuperflui-tas,quam habet,non vteretur alia ſituatione niſi illa Veneris, quæ dominatur vngui pollicis; hocuè in Luna manifeſtè conſpicimus,in quem facit, progreſſu, per duodecim ſigna Zodiaci; quæ cum fuerit in ſignis fœmininis, facilè mo-net auſtrum,& ventos ciuſmodi, & quando in maſculinis,ventos ſiccos, quod ſemper eueni-ret,ni præualerent aſpectus.Quò verò ad colo-res nihil impediunt ſituationem, nàm ſi forent albi, vnum tantùm continebunt ſignificatum, & ſi nigri tantundem, & veluti colores appare bunt,coniecturaliter iudicium proferetur cu-iuſnàm humor ſit qualitatis, & quemadmodũ ipſe fiet, conſpectus, & ſituatio, tunc ſignifica-tionis erit habenda diſputatio,pro cuius intel-lectu,ſignorum dabimus rationem, ſituationẽ digitorum,& locum,in quo ipſa conſidunt.

Quàm rectè igitur obſeruabis primo quæ-nàm ſtatio ſit,ideſt,ſi in principio,medio, vel fi-ne vnguis,& vtrùm in dextra,aut ſiniſtra parte; nàm in radice tardiora ſunt ſignificata,quàm in medio,vel in principio.

Se-

Secundò, ipſorum inquires digitorum ſituationem, ac eorum Planetam prædominantem; & pro coloribus, ſignificatis vteris in ſuis locis aſſignatis.

Tertiò, tandèm, haud eſt conniuendum vbi nàm ipſa ſigna reſideant, vel in benefici, an malefici Planetæ ſituatione; etenim ſi difficilis erit apparitiò, ſcias, eo tempore, quo orta fuere illa ſigna, infortunia maiora importanda fore, ſed præ benefici Planetæ bona ſituatione, fuerunt minæ ex parte ſedatæ, & quando apparebunt alba in loco malefici Planetæ, illud præpeditur bonum, qod poterant proferre, nè ſuccedat.

Vt autẽ de tuis iudicijs ſit ſecurus, tria, perpendes, digitum ſcilicèt, ſituationem vbi ſignũ quieſcit, & colorem; quibus examinatis, quod exquiris nanciſceris; & vt vnguium tibi pateat dominium, in ſequentibus reſignemus paucis. Craſſus namq; digitus pollex appellatus, Veneri addicitur; ſecundus, qui dicitur index Ioui; Tertius vt medius Saturno; Quartus anularis Solis, & quintus auricularis Mercurio.

Natura itaq; formans hominem, quinq; ſolummodò digitis inſigniuit, & in ſituandis cœlis, ſeptem ornauit Planetis; oportet ergò his alijs Planetis in ipſis vnguibus locum inuenire; nàm ſecundum, quam fecimus computationẽ, Mars, & Luna deſunt; ſuper quò facta obſerua-


tione,ac diuturna experientia,Martem comperimus,ex amicitia,quam habet cum Venere, in ſiniſtra parte morari vnguis pollicis ambarum manuum,& Lunam Iouis tàm familiarem, in digito indice,item ex parte ſiniſtra; Verùm profuſius de hoc ſcripſimus in primo libro phiſonomiæ manuum, vbi phiſicè probamus, lineas ibi apparentes, è contemperamento ſcatere humidi radicalis, veræ cunctarum noſtrarum actionum cauſæ efficientis. Quare, vt omnium, quæ diximus, ad cognitionem faciliùs deueniatur, colores in primis diſtinguemus, ſtationem deindè,ac digitorum ſituationem,& ſignificata demum,quæ ipſa ſigna protendunt.

De

Digitized by Google

De ſignis albis apparentibus in vngue pollicis ſituationis Veneris.Cap.I.

OBSERVATIO PRIMA:



QVando igitur apparebit ſignum album aliquod,in digito pollice, ex inferiori parte vnguis,quaſi ſubnexum;eam bonam,& honorificam ſignificat dignitatem, vel graue-

negotium cauſa mulierum, vel amicorum vulgariorum, vel domeſticorum; & mulieri, lucra indicat, ac donationes à viris communalibus. Hoc autem naſci, & apparere ſignorum horum hac in vngue, erit hora Veneris prędominantis.

Quando in medio, lucra, vel aliquam donationem cauſa mulierum; & mulieri, familiariũ dona, amicorum communalium, ac domeſticorum.

Quando in ſuperiori parte, bonum reſponſum alicuius epiſtolæ, tàm amicitię cauſa, quàm mulierum; & quoties hæc ſigna videbuntur in tali ſituatione, indicant, quòd aliquis abſens amicus contendet gratum facere, & obſequi; & mulieri literas cauſa amicorum, & amoris.

Quãdo ex dextera parte, ſatis laudabilia, honorificaq; onera præſtant cauſa mulierum; & mulieri munera, & vtilitates ex humanitate, & munificentia virorum.

Quando verò ex parte ſiniſtra, quæ Martis eſt ſituatio, quam plurimos oſtendunt, claros amicos habere negotia gerentes alterius abſentis amici, & mulieri, viros ſibi patrocinantes magna cum vi amoris.

Neminem tamen præterat, omnia illa ſigna ex parte dextera apparentia, ſiuè in radice, ſiuè in medio, ſiuè in principio vnguis, in dextera eſſe iudicanda; ſi recta via medij, cum ſuis ſignifica-

ficatis medij,& ſi in ſiniſtra,itèm cum ſuis ſignificatis ſiniſtræ;& quod in hoc pollicis capitulo dicitur, de reliquis omnibus eſt quoq; ſentiendum. Præterea iterum aduertitur,quòd quanto magis in radice apparebunt ſigna, eo tardiores erunt euentus ſuorum ſignificatorum , & quo magis in principio,eo celeriores,quæ quidem apparitiones nil aliud ſonant , ſecundum longam noſtram experientiam, & obſeruationem, quàm tranſitus Planetarum.

De ſignis apparentibus in digito indicis , Iouis ſituationis. Cap. II.

CVm apparuerit aliqua punctura,vel guttula alba , ex inferiori parte ipſius indicis , amicitias inire ſignificat cum perſonis religioſis,& præcipuè cum hominibus doctis , ac ſtudioſis;item literas indicat accipere à viris inſignibus,& maximæ expectationis.

Quando in medio , aliquod indicat parare veſtimentum,atq; ſingulare obtinere votum.

Quando in ſuperiori parte,nonnullas quàm primùm facere emptiones variarum rerum ; & inter cœteros bonos ſignificatus, quos hæc ſigna, hac in ſituatione Iouis protendunt, ſunt pecuniarum exactiones,& ſimilia.

Quando ex parte dextera,amicitias cum ho-

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

norificis perſonis, à quibus non modica recipietur vtilitas, quarum pleraq; pars, iouiales erunt, ac vehementer fortunatæ.

Quando verò ex ſiniſtra parte, Lunæ ſituatione, deſerta appetere, & ſolitaria loca ad pœnitentiam, vel Religionem, mutandæ vitæ cauſa, & quiete viuere. Quòd autem in hac ſituatione Iouis dicitur de homine, dicitur, & de muliere, & ſic in ſequentibus obſeruabitur, quę ex breuitate præteriemus.

De ſignis in digito medio ſituatione Saturni. Cap. III.

SIgna alba in digito medio apparentia ex inferiori parte, amicitias indicant ſeniorum, plebeorum, & ruſticorum, ac præcipuè agricolarum, diuitumq; villicorum.

Si in medio, dubium de Religione, vel animum alicuius reſtitutionis faciendæ de ablatis, vel mutationis vitæ in melius.

Si in parte ſuperiori, curã habere pupillorũ, viduarum, ac alienorum negotiorum; & ſollicitudines, quas propterea patietur, erunt lucro, & maximo emolumento.

Si ex parte dextra, maximum deſiderium deuelandi amicis, & conſanguineis peculiaria ſecreta, quæ grauia erunt atq; curioſa; & quò ma-

agis ſigna effecta, eo quoq; magis graue ſeetum.

Si, ex parte ſiniſtra, amicitias cum imperioſis dicere eſt, ſtatus negotiorum, conſiliorum; cum ſenioribus, ac magnæ doctrinæ viris, & æc ſigna quo plus fuerint, vt guttæ congelati ctis, eo magis vera ſignificata, & ſi clara, vt quæ guttæ, eo minus ſerient quàm lactea.

De ſignis digiti anularis ſituatione Solis. Cap. IV.

QVando alba ſigna apparebunt in vngue anularis, ex parte inferiori, indicat breui empore habere pecunias, & alijs dare mutuo, el res aureas. Solent interdum hæc ſigna inſtar uttularum emergere ſphericarum lactis hac in ituatione, eo quòd ineſt præcipua vena à Sole rædominata, & quo magis ſphericæ fuerint, & ene formatæ, magis verum ſignificatum erit.

Quando in medio, bonas, & honorificas reſponſiones rerum petitarum, & in extrema neceſſitate ſubſidium pecuniarum, & præſidiorũ, ea ex parte, quæ maximo erit adiumento.

Quando in parte ſuperiori, negotia non modici ſubſidij, cum ſpe magnæ dignitatis in propria perſona, quod erit tempore, quo ipſa ſigna egredientur ex vngue.

Quando in parte dextera,honores,magnoſq; fauores,cum inſolitis quæſtibus:& ſi ſigna vtiq; vngui reſpondent vtriuſq; manus,magis lucroſæ,ac honorificæ erunt ſponſiones.

Quando verò in ſiniſtra,lucrum cum honore,& magnis dominorum fauoribus,verumtamèn hæc tardiora eruntillis de dextera parte.

De ſignis digiti auricularis ſituationis Mercurij. Cap.V.

Signa alba cùm apparebunt in vngue mercuriali ex inferiori parte, ſignificant emptionis faciendæ cupiditatem, vel curioſos libros habendi cauſa ſtudendi.


Si in medio,magnum intellectum rerum negotiandarum ad ſtudium ſpectantium, & ipſo tempore faciendi profectum in literis,ac in alio quouis negotio, & mirabiliter ingenium exercendi in ſpeculatione.

Si in ſuperiori parte,bonum nuncium tenere amicorum,& conſanguineorum & quo maiora ſigna erunt, magis clari, & æſtimatione digni amici,& conſanguinei.

Si ex parte dextera,dona,conſanguineorum, amicorum, ac ſtudioſorum, & hæc eueniunt priuſquàm ſigna illa euaneſcant.

Si ex parte ſiniſtra,adoptionem rerum ad ſtudium

ım pertinentium, negotiorum, literarum ;
;; litium, & hoc ſat, circà obſeruationem ſi-
orum alborum: aduertendo, quòd cum ap-
ruerint inſtar linearum aduncarum, indicāt
ſo tempore habere dona; & id experientia
·obamus, & obſeruatione, & quando erunt in
ollice ſituatione Veneris, ſignificant dona ve-
ire cauſa mulierū, & mulieribus cauſa virorū.



De

De ſignis nigris. Cap. VI.

OBSERVATIO SECVNDA.

ORiũtur apparitiones nigrorum ſignorum, vt in præfatione dictum eſt, ex hore mœſto, qui, quo abundatior fuerit, libentius faciet ipſa ſigna apparere, & vt ex facilitate iudicium habeatur, metipſo, quo ſupra, ordine deſcribemus, cuius quidẽ prædominator Saturnus eſt.

Cum ergò nonnullæ apparuerint guttulæ, ſiuè punctura nigri coloris in radice digiti pollicis, ſituationis Veneris, & Martis, indicant diſplicentias, moleſtias, anxietates, perſecutiones, odia, & inimicitias cauſa mulierum, & amoris inſidiarum; & mulieri cauſa virorũ venereorũ,

Quando in medio, vexationes, ſollicitudines, ac notabilia damna cauſa mulierum; & mulieri cauſa virorum ignobiliũ, humiliſq; conditionis.

Si in parte ſuperiori notabilem aliquam perturbationem cauſa mulierum, & eò plus, vel minus, quo fuerit pũctura, ſiuè guttula grandis, & formata, & mulieri cauſa virorum.

Si in dextero latere, ſemper pergrandes rumores minantur, ac mulierum inſidias, & amicorum, & mulieri cauſa virorum volubilium, futilium, atq; inſtabilium.

Si in ſiniſtro latere, ſituatione Martis, iactu-

& notabile exitium. Caueatis, his ſignis
gnatus, hac in ſituatione, ne ſibi aliquod ac-
it infortunium, & potiſſimum circa veren-
& mulier tali tempore, doloribus vteri ſub-
a erit, & ſimilibus affectionibus; etenim ad
vt plurimum propendunt hæc ſigna nigra in
o Martis.

e ſignis nigris digiti indicis ſituationis Iouis. Cap. VII.

Eiuſmodi puncturæ, vel guttulæ, cum emer-
ſerint in parte inferiori vnguis indicis, iactu-
am ſignificant rei magni valoris, & id eueniet
priuſq; euaneſcant ex vngue, & ſimilitèr mulie-
ribus.

Quando in medio, iacturam auri, & argenti,
ac rerum magni prætij.

Quando in parte ſuperiori, iacturam breui
faciendam rerum ſatis notabilium, maxima
cum anxietate, ac notabili vexatione.

Si ex parte dextera, alienationem bonorum
mobilium; ac ſanguinis effuſionem in iſta ſitua-
tione, ideſt, aliqua imprudenter cicatrice affici
in propria perſona; item, & mulieribus.

Si ex parte ſiniſtra, amiſſionem dignitatum,
& auctoritatis diminutionem, auri, & argenti, ac
rerum pretioſarum; At quoniam Lunæ eſt iſta
ſitua-

ſituatio, ideò ſignificata huiuſmodi libentius mulieribus, quàm hominibus accidunt, & potiſſimum honoris amiſſio.

De ſignis nigris in digito medio ſituatione Saturni. Cap. *VIII*.

APparentes punctura, vel guttulæ nigræ in vngue digiti medij in inferiori parte, comminantur in aliquod incidere pernicioſum infortunium, alio notabili caſu; itẽ carceres, perſecutiones, vexationes, ſollicitudines, perturbationes, conſanguineorum necem, amicorum, charorum, & familiarium.

Si in medio, amiſſionem ſpei, in aliquo repoſitæ ſingulari negotio, & quicquid ipſo tempore tractabitur, nihil vnquàm boni euēturum fore.

Si in ſuperiori parte, pecuniarum iacturam, ac cicatricem infœliciter in propria perſona fore faciendam.

Si ex parte dextera, inicitias cum proceribus contrahendas, mœſtitiam, neruorum affectiones, capitis, atq; ſtomachi.

Si ex parte ſiniſtra, inimicos, repugnaces aduerſarios, inteſtationes curas, moleſtiaſq; magnas; ſunt quippè hoc tempore vitandæ ſolita-

tiæ

artes, ne in hoſtium incidatur manus, nam m potiùs quàm bonum inferrent, & raro viſa hæc ſigna vaneſcere, ni prius notabi- emorandaq; damna importauerint.

ignis nigris in digito anulari, ſituatione Solis. Cap. IX.

Vm apparuerint ſigna nigra in parte infe- iori vnguis anularis ſicuti puncturæ, vel ılæ, gemmarum iacturam protendunt, pe- ırum, rerumq; magni pretij, quod ſi ma- ı ſignum, magna, & iactura erit.
ıando in medio, iacturam ſimilitèr auri, & nti, & eſt cauendum tempore iſtiuſmodi ritio nis, ne fiat amiſſio honoris, & digni- , caueant præcipuè mulieres, ne aliquod rrant notabile crimen circa honorem, & ım; quandoquidèm hos effectus vt pluri- ı hæc ſigna producunt in ſituatione Solis.
uando in ſuperiori parte, calamitates cum ipuis vexationibus, quæ quidèm eò maio- forent, quo euidentiora ſigna atq; formata.
uando ex parte dextera, anguſtias non par- cauſa pecuniarum; aduertendo, non eſſe tempore tractandum cum dominis.

Quan-

Quando ex parte ſiniſtra, perſecutiones ex magiſtratibus,& Regijs officialibus,ac vt plurimùm ægritudines cum acuta febri, laticoſquè mœſtos.

De ſignis nigris in vngue auriculari ſituationis Mercurij. Cap.X.

PVncturæ, vel guttulæ nigræ apparentes in inferiori parte vnguis auricularis, indicant vexationes,ac inſignes diſplicentias cauſa iuris peritorum,litigiorum,& anxietates amicorum cauſa,vel conſanguineorummet.

Si in medio,doloſas machinutiones,amicos fictos,ſimulatos,& contradictores.

Si in parte ſuperiori,librorum amiſſionem, & feriarum tabularum,maxima cum moleſtia, & perturbatione.

Si ex dextra parte,inſectationes ex hominibus ſtudio deditis,& literis. Si forent hæc ſigna inſtar ſphericæ guttæ,grauiores eſſent minæ, eo tamen minus,quo minores erunt eorum apparitiones.

Si ex parte ſiniſtra,infortunium aliquod in manibus,vel cerebro; itèm perturbationem,& ſollicitudinem cauſa latronum, & improborum,licèt domeſticorum, hæc ſigna vehementer

ter

nœſtitiæ ſubduntur, cùm ſit Saturnus do-
ıtor eorum; & quoties apparent, toties
ıoranda proferunt infortunia, infauſtaquè
ligia, ac eo peiora, quo in locis, & ſitua-
e forent luminarium; & ratio eſt (iuxtà ob-
ıtionem in hoc ſtudio probatam) quia ne-
propitia ſunt luminaria, & rapida in pro-
ſiones, ac tranſitus Planetarum; verùm
n ob cronocationes, directiones, & reuo-
ɔnes, quas, temporis progreſſu, interſe-
ınt orbes cœleſtes.

ɛ ſignis rubris in vnguibus apparentibus; *Annotatio.*


Ertia ſiquidem, quam fecimus, obſerua-
tio, in hac apparitionum materia, de
is rubris fuit, quæ abſolutè procedunt ex
rfluitate aduſta, & ſicca mœſti laticis, effi-
tis cauſæ, vt ſic emergant ignita, atquè ac-
a; At ſi aliquando contingit, hæc ſigna fer-
neo videri colore, vel alio ſimilitèr rubro
ɜnte, tamèn, licèt videantur variare, gene-
n idipſum ſapiunt in ſignificatis, & appari-
ibus; ac propterea color hic ſpeciatim ru-
conſociatur.

Ve-

Verùm rubrarum harum apparitionum Mars eſt dominus, cui, calidus cum ſit, & ſiccus, ignis tribuitur elementum, & ruber de coloribus, iracundia, & pars tota iraſcibilitatis, quæ quippè, præ animi commotione, calefacit, & abſquè alia concoctione, emittis momento temporis ſuper vngues talia ſigna. Monetur inſuper, has rubras apparitiones ſolere citiùs, quàm cœteri colores, ſua importare ſignificata.

De

Digitized by Google



ſignis rubris in vngue pollicis apparenti-bus, ſituationis Veneris . Cap. XI.

Vm ergo rubra ſigna in vngue pollicis ap-paruerint ex parte inferiori, vt guttula ſan-inis, vel acus acies, tàm in homine, quàm in mina, rixas minantur, inſidias, & rumores, ac æ[illegible]tuos inimicos, & machinatores habere. i in medio, dãna, litigia, contentiones, & per-

tur-

turbatione ſcauſa mulierum;,& mulieri plebeiorum cauſa,& primi motus.

Si in ſuperiori parte; itèm inſidias, & riuas cauſa mulierum, & amicorum.

Si ex parte dextra, moleſtias, & minas,cauſa communium amicorum,atq; mulierum,& mulieri vexationes, ſollicitudines,& imicitias.

Si ex parte ſiniſtra,abſoluta ſituatio Martis, imminens periculum effundendi ſanguinis, rixas,rumores,ac vt plurimum adulteria, & pernicioſa deliquia; ideò oportet eſſe cautum in iudicandis ſimilibus apparitionibus; quæ, quo maiòres, & formatiores apparebunt, maiora infortunia importabunt.

Memorare lector, quoniam ſuperiùs fuiſti admonitus,vt,cùm hæc ſignificata,vel iudicia enunciaueris, quàm bene diſcernas,an ſigna rubra, & nigra fuerint cùm alijs aſſociata coloribus, vt ſunt rubra cum albis,& nigra cum cineracijs,& an reſpondeant in vtroq; digito manuum in ipſa forma,& ſituatione;nam eo caſu, erit iudicio, ſignificatum forè magis certum,ex quo comprobatur teſtimonio vtriuſq; digiti, & hi, ſunt quidèm cordis effectus, foras emittentis dupplices apparitiones; verumtamèn ad maiorem huiuſmodi ſenſum, præmittemus exemplum; quando hæc ſigna vulnera minitarentur,vel ſaxorum lapſus in capite,& ſimilia,

&

in mixtione, ac ſocietate reperirentur bono-
ım,& malorum colorũ,mitigant minas, quo-
iam fortiores,ac potentiores ſunt boni, quàm
ıali,itaquè ſauciandus, & ſaxis percutiendus,
łus quidèm recipiet,ſed abſq; lęſione;& quod
icitur de his, intelligas de cœteris omnibus.

ⅼe ſignis rubris in vngue indicis, ſituationis Iouis.Cap.XII.

ACies,vel guttæ rubræ,quando ex inferiori parte apparebunt indicis, ſingularia furta ːcernunt à domeſticis;eſt igitur cauendum truncuIis hoc apparitionis tempore,& potiſſi-um à ſeruis non fidelibus.

Quando in medio,leuium iacturam rerum, præcipuè metalli carum, propter quod, ira-ındia vehementer foret commouendum, & ȝrotandum.

Quando ex parte ſuperiori, furtum breui ıeniendum alicuius rei prætioſæ, & æſtima-ɔnis;itèm vexationes,magnas animi anxietu-nes, & circumuentiones ex hominibus, & ulieribus,quibus ſatis creditur.

Quando ex parte dextera,iacturam maximę ınſiderationis,rixarum cauſa,atq;tumultum, ł enim tali tempore præcauendum ab inimi-s à vulneratione,vel carceratione.

Si ex parte ſiniſtra, Lunæ particulari ſituatione,ſtuprum,& eſſe percuſſorem, ac malam, & longam perſecutionem, & eo magis, quò maiora fuerint ſigna, aduertitur tamen, quòd hac in ſituatione,ſigna rubra præcinta,& mixta migredine,vel inter vtrumq; colorem, rubrum ſcilicèt,& nigrum,vt ſunt mala granata,grauiora ſolent,ac difficiliora importare ſignificata.

De ſignis rubris in vngue digiti medij Saturni ſituationis. Cap.XIII.

QVando hæc ſigna apparebunt in inferiori parte ipſius vnguis quaq; forma, vel ſpecie ſint,imminens aliquod prænunciąt graue periculum,& præcipuè tempore Martis; quòd ſi apparitio erit inſtar guttæ ſanguinis,ex repentina,& violenti perſecutione cauendum eſt;ſi forma longa,vt acies auis, minus malum erit ſignificatum; & ſi curuata,breui, & maiori cum vehementia ſuccedet.

Si in medio,ſubeſſe,eo tempore,rixis, & iurgijs faciendis cum hominibus temerarijs,ac inſolentibus ſatis indocibilibus,& immanſuetis; quarę recedendum eſt à rixis,litigijs,ac tumultibus;quandoquidem tales apparitiones grauia ſemper ſolent, ac minacia inferre pericula; & quo maiores erunt apparitiones,eo grauiora,

&

t infœliciora infortunia.

Si in ſuperiori parte, periculum ſauciari, ac umultus. Signa hæc, hoc in loco, ſanguinem vt maximùm inuehunt, vel ſaltèm affectiones ex bullitione ſanguinis; at ſi talis apparitio foret um alijs permixta coloribus, & potiſſimùm nigro, vitæ diſcrimen in illa infirmitate, ſi cinerario ſalutem, & ſi albo, minas eſſent parui momenti.

Si ex parte dextra, magnum æſteum ſanguinis bilioſi humoris, & ad iram libentèr commoueri; eſt ergò proſciciendum nè in grauem aliquam labatur infirmitatem, & notabile aliquod nfortunium; nàm vltra quòd minacia ſunt ex ſe igna, ſunt & in infauſta ſituatione; vitêtur propterea tali tempore, homines iraſcibiles, & primi motus; etenim pars iraſcibilis, tunc magis peratur, & occupat organa rationis, ſine qua on debet homo cum homine conuerſari.

Si ex parte ſiniſtra, facilem commotionem proſiliendi ad actum iraſcibilem, & maximæ ſauitatis; malàm quoq; prauamq; indicant proitionem, abſtinendum eſt igitur iter facere ùm aquis, tumuè terris, quoniam furtum proendunt, & ſpoliationem ex inſidijs inimicorũ. Hæc autèm ſigna in illis probanda, qui in manus incidunt exulum, & latronum; & cum aparuerint velut guttę ſanguinis forma ſpherica

ſignificata erunt peiora, & quando exigua, & exilia, vt acus acies, non erunt tanti roboris.

De ſignis rubris vnguis anularis ſituationis Solis. Cap. XIV.

CVm ſigna hæc, in inferiori parte videbuntur vnguis anularis, prægrandem innuunt exagitationem præ grauibus diſplicentijs cauſa dominorum, & martialium; ideò præcauendũ eſt eò tempore ne vinciatur in carcerem, quoniam diutina eſſet carceratio; hæc autem ſituatio, perturbationes ſemper importat, menſis vexationes, & curiæ inſectationes.

Cum in medio, rixas, vel contentiones cum nobilibus, perſecutiones, cum indignatione, ac honoris iacturam; quod ſi apparitio hæc fuerit per vtramq; manum probata, & in eadem ſituatione, prauiora erunt ſignificata, atq; nequiora.

Cùm in parte ſuperiori, litigia, rixas, ac tumultus, cum periculo grauitèr vulnerari; vitãda ſunt enim, tali tempore, cuncta litigiorũm genera, in quibus agitur de honoribus, oneribus, officijs, ac dignitatibus; quia Sol dominator eius, tunc vehementer ſe læſum oſtendit, & cor illa rubra emittere ſigna in tali ſituatione, vt aliquam precipuam nobis indicet directionem, ſiuè re-

no-

olutionem alicuius malefici Planetæ, eò tem-
ore, currentis.

Cum ex parte dextera, inſidias, & odia mul-
i, & potiſſimè notabilem ex inimicis iniquita-
em aliquam; haud eſt, eò tempore, negotiandũ
e nocte, neq; deſerta, vel remota petere loca
rocul à Ciuitate; quandoquidèm hæc ſigna
int noctu periculoſiora, quàm die, & Sol à ra-
ijs maleficis Martis offenſus, & Luna à cæteris
gialibus.

Cum ex parte ſiniſtra, graue vitæ periculum,
c notabile diſcrimen ex hominibus imperio-
s, & nobilibus; ſunt propterea declinandę pu-
nę, & cõtentiones nobilium, magiſtratuum, ac
ominantium, nàm huiuſcę apparitiones, hac in
tuatione, ſingularia minantur diſcrimina iuſti-
ię; huiuſmodi ratio à Sole prouenit, cùm ſit eò
empore à Saturno, & Marte maleficis Plane-
is, pluribus offenſus modis.

De ſignis rubris, vnguis auricularis ſituationis Mercurÿ. Cap. XV.

QVando ſigna rubra apparebunt in inferiori parte vnguis auricularis, tumultus vocãt, inſidias, rixas, litigia, ac iacturam fortunæ bonorum; eſt enim, hoc tempore, cauen-
lum à ſeruis familiaribus, & ſimilibus; ſi magna

verò fuerit apparitio, & circà rubrum mixta, nigredine, iactura fouet bonorum ſtabilium, vel ex ſententia Iudicis, vel cauſa infortunij; ſi tota rubra, mobilium tantum; ſi cineraceo, vel muſtellino mixta colore, iactura notabilis, ſi cum albo, iactura eſſet in fieri, ſed non eueniet, quoniam mixtio huiuſmodi eſt ex ſe natura benefica, nec vllo modo valet malos effectus influere; nam quoties adſunt hę mixtiones, dulcantur mala ſignificata, pręcipuè quando in maleficis ſituationibus, bonę mixtionis ſigna ſpectantur.

Quando in medio, proditiones, ſimultates, doloſq; cum diſplicentia maxima; ſi huius ſpeciès aciei erit forma grandi, grandes quoq; erũt ęrumnę, & ſi exigua, leues, & parui momenti, ſi rotundà, & vt gutta ſanguinis, & nigrum illud nigredine mixtum, proditio, vel ſimultas eueniēt per Saturninos, & mœſtos homines; ſi mixta muſtellino colore, patientes huiuſmodi, vir, qui ſit, vel mulier, erunt pituitoſa natura, volubiles, & lunatici; ſi mixta cum albo, comminationes non ſortientur effectum, immò eò ipſo tempore, honor iàm amiſſus, & fama reſtituentur. ſi prorſus rubræ iſtę apparitiones videbuntur, vt ſupra dictatum eſt, proditiones, & ſimultates, per martiales, & ſeruiles homines explebuntur, nàm id enunciant hęc ſigna in hac ſitua-

ıtione Mercurij.

Quando in ſuperiori parte,rixas,odia,& ſol-itudines,ex facetis hominibus, contemplati-;,ingenioſis, ac Mercurio Planatę ſubditis, caſiione litigiorum,& ſcripturarum; & quò ·matiora, maioraq; ſigna erunt,eoq; prauio-ac difficioliora ſignificata.

Quando ex parte dextera, aduerſam ſenten-.m,iuſta,ac legitima cauſa;quòd ſi tempore ius apparitionis, quis fuerit in carcere vi-ıs,vel ductus, Iudicum, & miniſtrorum, ac ctorum declinet iracundiam, quia tunc ma-; odioſos,& aduerſarios patietur.

Quando ex parte ſiniſtra,hominem, tunc tē-ıris,non eſſe in ſuo poſſe decernunt, mente-ſtentum,ac ſatis inanibus inuolutum cogita-ınibus,amentiæ furiam ſapientem,& à ratio-fermè alienum. Solent nimirùm hęc ſigna iſta ſituatione,mortem ægrotis importare, rturam carceratis, cum ſuorum punitione iminum;nauigantibus periculum pyratarum; :regrinis, & viatoribus furtum; mulieribus eri dolores; parturientibus periculum in par-;in rixis vulnera; & caſus in pueris, ac ſimi-ıus.

De ſignis cineraceis . Cap. XVI.



SVnt hęc ciueracea ſigna pituoſis aſcita, qui, præ eorum frigiditate, ſunt cruditatibus addicti, vndè poſtmodum cauſantur ipſa ſigna, & amplius tardum reſtituunt hominem, pigrum, ſomniculoſum, ac malę conſtitutionis.

Cum ergo emerſerint ſimilia ſigna in inferiori

ri parte vnguis pollicis, nonnulla prętant mediocra lucra, quorum in plenitudine iacturam deſignant cauſa mulierum, ſi apparitio, vt acus acies erit, modica iactura; ſi velut aquę gutta, tractabitur de aliquo negotio, ſed non ſortietur effectum, & ſi curua, iactura lucro erit ęqualis.

Si, in medio, vounltariā profuſionē bonorum, amicorum cauſa, & mulierum; ſi fuerint ſigna in vtraq; replicata manu, alijs indicant pecunias accomodare, & non reſtitui; itèm negotia ſine lucro, cum falſis promiſſis; quod ſi agitur de mulieribus, tempus, & ſpes inania erunt.

Si ex parte ſuperiori, dolum in cunctis peragendis negotis, ipſa durante apparitione; ideò eſt à mulierum rebus tractandis abſtinendum, alias patiens ſpeciali, ac pręcipua officietur moleſtia; ſi verò ſigna vtriq; vngui manuum reſpondebunt eiſdèm forma, & loco, moleſtia erit maior; ſi erunt, vt acies acus, leuis moleſtia; ſi velut aquę guttę, grauis; & ſi curua, inſtar arcus, breuis erit euentus.

Si ex parte dextera, graues itidèm, ac notabilis vexationes. Solent etiam hæc ſigna propria reuelare maleficia; ſi exilia, vt acies acus, mendacia ſonant, ſi velut aquę guttę, pudorem, ne propalentur malefacta; ſi curua, effugiatur ignominia, & probrum cauſa mulierum. Aduertitur, hanc ſituationem ſatis eſſe periculo-

ſam,

ſam, cùm hæc ſigna foras emittit; cuius ratio eſt, quia eo in loco maiorem vim habet prædominans Planeta.

Si ex parte ſiniſtra ſituatione Martis, rixas cum familiaribus amicis leuium cauſa rerum, ac parui momenti; tali tempore eſt ab amicis cauendum, ſeruis, & mulieribus, quoniam hi omnes ſunt habendi contrarij. Si forent ſigna, vt acus punctură, exiguę erunt moleſtię; ſi ſicut aquæ guttę, grauiores; ſi curua, ſatis breues; & ſi conſona vtriq; vngui manuum, affirmant, hęc tria genera gentium ſupra citatarum, ſcilicèt, amicorum, ſeruorum, & mulierum, vno tempore forè contrarios,

Semper quòd hęc cineracia ſigna, hoc in digito Veneris videbuntur, inſpiciendum eſt in proximis cęteris vnguibus, videlicèt, ſi in indice digito teſtificatio fuerit alterius cinerarij ſigni, caueat patiens ne infirmetur; ſi in digito medio, ne trudatur in carcerem; ſi in digito anulari, ne furto imperatur; & cum pollex, & auricularis habuerint talia ſigna, ſollent, vltrà furta, ærumnas, & malas importare proditiones.

De

ſignis cineraciјs in vngue indicis, ſituationis Iouis. Cap. XVII.

QVando in inferiori parte huius vnguis apparebunt cineracea ſigna, deſignant aliquam fore contrahendam amicitiam o aliqua acquirenda gratia, vel ſubſidio, ſed orum nihil õbtinendum, & ſic tempus conſuetur, & ſpes, quoniam, cui confiditur auidus ſt, ac modicę remunerationis; Vndè melius eſt um religioſis agere, quam cum ſecularibus; & atio eſt, quia Iouis pręcipuum habet in nona lominium, quę domus eſt Religionis.

Quando in medio, nedum ſignificant ſpes nõ conſequuturas effectum, verùm, & propria bona itura prę medio, ac vanum, & abſq; fundamento quicquid tractabitur, nec quicquàm ſortietur boni; ſi autem exigua ſigna fuerint, & exilia vt acus puncturę, indicant aliquid, quod non dum habent principium, & ſi inſtar guttæ nihil prorſus indicant.

Quando in parte ſuperiori, aliquod pręſignant pertractandum negotium, ſed non euenturum, quia nimirum phlegmatici ſunt agentes, & pigri.

Quando ex parte dextera, amiſſionem alicuius pręcipui negotij, ac multi ponderis, cauſa amicorum familiarium; & eò magis erit grauis

amiſ-

Digitized by Google

amiſſio, quò magis apparitio magna, & formata; & ſi velut acies acus, paruę conſiderationis.

Quando verò ex parte ſiniſtra, erroneam aliquam opinionem habere prę mente, ſtrauagantem, & ab re, quòd ſi ſigna, vtriuſq. manus vtriq. vngui, & ſituationi conſona erunt, indicio eſt in aliquod incidere ſtrauagantis veſanię genus.

De ſignis cineraceis in vngue digiti medij ſituationis Saturni. Cap. XVIII.

QVando hęc cineracea ſigna aderunt in inferiori parte digiti medii, innuunt patientem libenter deuelare ſecreta ſua amicis familiaribus, quę ſi magna erunt, & formata, aliquam ipſe patiens relinquet amicitiam, ne alicuius redarguatur vitiis, & hac durante apparitione, nouam, cum improbis, ac malorum conſiliorum hominibus, contrahet amicitiam. Si verò ſigna hæc vtriq, manui, in ipſa forma, & ſituatione reſpondebunt, vexationes patietur, ac diſcrimina propriæ dignitati, & honori, mulieres autem abortum ſi prægnantes; ſi virgo ſollicitudines in ſuis actionibus, & ſi mulier menſtrui retentio, at quo magis ſignis nigris adhærebunt, magis abſona, & moleſta erunt.

Quando in medio, incredulus erit patiens in om-

ıibus, quæ dicentur : Apparitio hæc in
ſituatione, ſemper dicit corporis repletio-
,ac phlegmatici humoris, & vitioſi exube-
iam,& quanto magis maiora,& formata
ı,cò quoq;fortiora ſignificata.
uando in ſuperiori parte,ea fore illo tēpo-
ım patiente pertractanda,vt maximis pro-
eà afficietur moleſtijs,& aliquo, quo fun-
r,priuabitur onere, vel officio; quòd ſi ni-
, ſigna fuerint conglutinata puncturis, ca-
carceres;ſi rubris, vulnera, vel ne infœlici-
e per ſe ſaucietur,ſi albis, cuncta in bonum
ıient, & metum,timoremq; propellent im-
entem.
uando ex parte dextera, patiens libenter
ſeret cum alijs propria ſecreta, propter
d experietur notabile damnum; hæc ſigna,
ua quæ ſint,vel grandia, ſemper deliquia
nulgār, atq; mendacia; vnde aliquid nun-
n habebit vtilitatis;ſi ijs apparitionibus,ni-
inis,vel rubedinis forent connexæ punctu-
atiens,eo tempore,falſum iuraret in proxi-
n,& ſi vngui vtriuſq; manus reſpondebunt,
è pro falſitate,à iuſtitia punietur; & mulie-
ıs id ipſum obueniet in ipſa ſituatione.
uando in parte ſiniſtra, patiens libenter
tendet cum aliquo amico reconciliari, non
en, vt vere pacem ineat, ſed pro præcipuo
com-

commodo ſuo;ſi cum ſignis nigris hæc cineracea fuerint in comitatu, dupplicem illius ſentiet hoſtilitatem,cum quo pacificari quærebat; item carcerum diſcrimina decernunt ipſius tempore apparitionis, quæ quidem quo maiora extiterint, eò minaciora diſcrimina; ſi cum rubris,rixas experietur,& veniet ad manus; ſin autem illarum acierum, vel guttarum lateribus,nonnullæ ſorent annexæ albedinis punctura, bono, ac fauſto potietur euentu in cunctis votis ſuis,mulieribus verò lumorum expletionem, & quemadmodum cum alijs puncturis comitabuntur, ita & ſignificata ſortientur, vt dicere eſt, ſi cum nigris, humor mœſtus erit; ſi cum rubris, iracundus, ſi cum ipſo cineraceo, pituitoſus;& ſi cum albo, ſanguineus, cum autem ipſe apparitiones magnæ erunt, & vt aquæ guttæ rotundæ, tunc magis cerebri decernunt futilitatem, & hoc,tàm viro conuenit, quàm mulieri.

De

De ſignis cineraceis in digito anulari, ſituatione Solis. Cap. XIX.

QVuãdo in parte inferiori vnguis anularis cineracea ſigna videbuntur, præſignant patientem ſpes ſuas in alios omninò collocaturum, ſed indè nunquàm aliquid conſecuturum; quoniam, quibus confidit, futiles ſunt, mendaces, & cunctis in eorum factionibus fallaces, ac, ipſa durante apparitione, pluries decipietur. Mulieres autèm ſponſaliorum pro ſe, & alijs negotia tractabunt, nihil tamèn reportabunt boni, nec proficient. Si hæc ſigna fuerint tempore prægnationis, fœminam parient; ſi mixta cùm ſignis rubris, minantur infirmitatem: ſi verò cum nigris, diſcrimen in partu.

Quando videbuntur in medio, multum promittitur patienti, ſed nulla præſtatio fidei, quia ſponſores ſegnes natura ſunt, ac tardi motus, vehementerquè phlegmatici, quare pro iſtorum capienda natura, & vera ad viuum naturali habẽda phiſonomia, noſter primus liber legatur planetarię phiſonomiæ, in cuius exordio, de quatuor hominũ humoribus agimus plenè, & ſic eorum dignoſces ſpeciem, & phiſonomiam. Hę autèm apparitiones, perturbationes inuehunt mulieribus, ac ſtrauagantes cogitatus; quæ ſi aliorum ſignorum ſocietatem habe-

rent in ipſa ſituatione, vt rubedinis, ſanguinis indicarent effuſionem; ſi nigredinis, mortem alicuius conſanguinei, vel chari ſui; ſi verò albedinis, hæreditatem aliquam; & eò plus vel minus, quo ſigna ipſa videbuntur; pro ſolis autèm cineraceis, debet, ipſo tempore, mulier ſui ſtatus habere rationem, parentibus præſtando obedientiam, fratribus, ac marito, & propriæ dignitati proſpiciendo, filiam inquimus, pupillam, nuptam, atq; viduam.

Quando in parte ſuperiori, indicant, negotia, quæ, eo tẽpore, peragenda erunt, non ſortiturũ iri effectũ, quia patiẽs nõ erit ſedulus, & ſponſor illũ ſemper doloſis circũueniet verbis atq; ſimulatis. Mulieres de nuptijs agentes fraudabuntur ab amaſijs, ſpe, dolis, & blanditijs eas paſcentibus; & ſolùm id facient otij traducendi, & non vt ſponſas ducant, qua propter debent tali tempore conſtantia ſe munire, nec ità leuiter fidem præſtare amatoribus, vt non volubiles, & vanæ, ſed honeſtæ habeantur atquè modeſtæ. Sin autèm ipſa ſigna cum albis fuerint in comitatu, tunc dicendum, eorum ſponſalitia bono fine vſura fore, & ipſæ non fraudandæ.

Quando ex parte dextera, diminuentur munera, & gubernacula patienti, modica cum dignitate ſua, & exagitationes, ærumnaſquè ſentiet enormiſſimas, & ſi cum albis hæc ſigna fue-

fuerint in mixtione, periculum quodquè propellent, & quicquid ipſe deſiderat, obtinebit; ſi verò cum nigris, in deterius abibunt negotia; & ſi cum rubris, ſanguinis erit effuſio; mulieribus, domeſticas protendunt moleſtias, puellis cum progenitoribus, & nuptis cum proprijs viris; & quanto magis grandia ſigna fuerint, ac beneformata, eo quoq; grandiores moleſtiæ.

Quando ex parte ſiniſtra, promiſſiones, magniq; fauores, & gratiæ ſpondentur patienti, & præcipuè a dominis, ſed horum nihil eueniet, quoniam ſponſores ſegnes erunt, & ſomniculoſi, nec libenter promiſſa ſeruabunt; ſi cum nigris hæc ſigna aderunt, caueat hoc tempore patiēs ne cum dominis contendat, quia periculum ſibi conflaret, & quod vtilitati ſuæ adipiſci curaret, redundaret in detrimentum.

Mulieribus verò, dolos minantur, & fraudes hominum ſimulatorum, & ſi cum nigris fuerint in comitatu, periculum̄ probabunt honoris; ſi cum rubris, aduertant ne propria culpa ſanguinem fundant; ſi cum albis, magna ex parte ſedabuntur infortunia, & cuncta ſua deſideria vertentur in bonum; & quò maiores erunt apparitiones (vt alias dictum eſt) eò periculoſiora minacia; ſed quando vertuntur in bonum, certiores erunt, quas promittunt, ſpes.

De ſignis cineraceis in vngue auricularis ſituationis Mercurij. Cap. XX.

CVm hæc ſigna apparuerint in parte inferiori huius vnguis, aſſerunt patientem teneri ſtrauagantibus cogitationibus, rerum ſcilicèt ſtudio, & ſuæ conditioni conuenientium, quę nullum quidem ſortientur effectum, ex quo temeraria, ac prorſus à ratione diſſona excogitabit. Itē mulieres vana, & irrationabilia erunt ſectantes, & aures rebus futilibus, ſtrauantibuſq; præbentes; ſi fuerint hæc ſigna cum rubris, vel nigris conglutinata ſignis, portenta ſatis peiora forent, ſed ſi ſepta albis, quaſcumq; pacabunt iniquitates, quas inferre valerent.

Si in medio, bona voluntate feretur patiens incumbendi negotijs, & mutandæ vitæ, ſed citò in diuerſa rapietur, nec firmus erit in vno cōſilio, ſed varius, vt ventus. Abortus minantur mulieribus, & infirmitates; ſi fuerint annexa cū ſignis nigris, diſcrimen maius erit; ſi cum rubris, effuſionem ſanguinis, ſi cum albis, lętabitur de bono nuncio amicorum, & conſanguineorum; & ſi ſolùm cineracea erunt abſq; alia mixtione, vt prætactum eſt, memorentur eſſe fideles, ac documenta ſeruare timentium Deum, & Sanctę Eccleſiæ.

Si in parte ſuperiori, patiens erit in cogitatione

tione alicuius reſponſi, quod multum ſibi intereſt, ſed non aduenietꝫ quoniam à doloſis, mendacibuſq; hominibus præpedietur, vt ideò deluſus manebit. Itèm fallacias, ac proditiones decernunt hæc ſigna mulieribus circà promiſſiones, verumtamèn ſi ſponſor ſenex erit mœſtus atquè phlegmaticus, ità vt ad Saturnitatem tendat, patiens facilè obtinebit ſponſionem.

Si ex parte dextera, ad grauia, & magni ponderis negotia, patiens mittetur, ſed aliter atq; ſuccedent ei, quia hebes, & craſſus ingenio erit, nec vſum habebit ad huius onus officij aptum, & mulier cum ſit, aliarum mulierum negotia tractabit valdè ſecreta, & ponderoſa, ſed ignauia ſua, facilè patebunt, nec bonum effectum aſſequentur: ſi ſigna verò fuerint permixta nigredine, notabilia minantur infortunia, cum ſatis grauibus moleſtijs: ſi rubedine, caueat ne proptereà ſaucietur; ſi albedine, minacia prorſus ſedabuntur tàm viro, quàm mulieri, & eloquentiores, ſolertioreſq; erunt in loquendo, & negotijs peragendis.

Si ex parte ſiniſtra, negotia committētur patienti, quæ maximè videbuntur ei eſſe grauitatis, ſed breui euaneſcent ſine effectu, qua propter maxima ipſe poterit iracundia ferri; caueat ideò, nè, præ bile, & pituitis, quæ agitant in

corpore, infirmetur. Mulier verò his tacta ſignis, itineribus erit addicta, quæ tamẽ minimè erunt ei propitia; ſi cum rubris fuerint admixta, iracundiam ſentiet; moleſtias; et rixas in itineribus; ſi cum nigris, nihil boni proficiet, immò notabilem faciet iacturam, et ſi cum albis, vehementer minacia fortuna mitigabit.

Nè moroſè accipiant lectores, quòd de cineraceis iſtis, magis quàm de alijs ſignis, copioſius diſputauimus, et potiſſimè circà mulieres; ex quò talia ſigna, cùm ſint phlegmaticis hominibus attributa, magis congrua ſunt ipſis mulieribus, tanquàm huic humori ſubiectiones; et vt nõnulli peculiares effectus facilius noſcãtur in vnguibus, declarabimus in hoc ſupremo capitulo, cui, de quatuor humoribus; ſint vngues manuum ſuppoſitæ, quod quidèm curioſis, maximo erit progreſſui, ac doctis, nedùm artis huiuſmodi, verùm et cuiuſq; vtilis, honeſtęq; doctrinæ.

Modus cognoſcendi cuinàm de quatuor humoribus vngues manibus ſint addicta, Cap. XXI.

VT ſis huius obſeruationis dominus, cuius ſit habitudinis humor hominis oportet agnoſcere, & ad hanc cum adueneris metam, ſe-

ſecurus eſto reale tenere fundamentum, non ſolùm obſeruationis iſtiuſmodi, ſed etiam totius phiſonomiæ corporis humani. At quoniam membrorum noſtro um omn s compoſitio ex humore pendet, ho nini . pſa membra tibi aperiet qualitatem animi, & . d quid plus, vel minùs ſit ipſe procliuis. Quarè, vt venias ad praxim, elem n a ſatage um humoribus ſemper concordare hoc modo, videlicèt, aerem cum ſanguineo; terram cum mœſto; ignem cum iracundo; & aquam cum phlegmatico; & pro ſpeculo, in quo hæc omnia inſpectaturus eris, ipſæ tibi conſtituuntur vngues (poſtquàm hac in diſputatione de vnguibus peregimus) & prętermittimus cætera membra omnia, per quæ ad ipſam vtiq; valeres deuenire notitiam, cùm iã in primo libro noſtræ Planetariæ Phiſonomiæ, pluries à nobis citata in alijs occaſionibus, latè deſcripſimus. Non te ergò fugiat ſanguineos, præ aere, vngues habere lucidas, infucatas, ac vehementèr rotundas; mœſtos, præ terra, pallidas, exangues, ac nigras, & longa magis quàm alia forma; iracundos præ igne, maculoſas, tinctas, ac varijs aſperſas coloribus, & anguſtiora forma præ cęteris; pituitoſos, præ aqua, pallidas, & nubiloſas, quarum luciditas eſt maculoſa, & ſine ſplendore, breui tamen, & lata forma.

Dè

De præcipuis effectionibus, quas alba ſigna faciunt, quando apparent in vna de quatuor humoribus, & primò de ſanguineis agemus aeri adſcitis.

CVm in ſanguineo albæ punctura, vel guttæ emerſerint, lætitiam habebit, honorum incrementum, ac bonos, fœliceſq; ſucceſſus.

Quando in mœſtis, bonorum accumulationem, & exaltationum.

Quando in iracundis, magnam animi ſerenitatem, & pluſquàm ſolitò voluptates.

Et quando in phlematicis, ſalutis magnam auctionem.

Hæ ſiquidèm alborum ſignorum apparitiones è bene cocto, atq; purgato proueniunt humore, tàm tenui, vt nequeant emergere alia forma, niſi alba, & hæc ſanguineorum natura, tribuitur beneficò Ioui.

De ſignis nigris in ſanguineis, & alijs humoribus.

SIgna nigra in ſanguineis, vexationes innuũt, & officiorum diminutionem, ac dignitatũ.

In mœſtis, magnam ſuorum bonorum iacturam, ac mœſtitiam plus ſolito.

In iracundis, grauem, & periculoſam valetudi-

dinem, ac animi perturbationem, & occupationem.

Et in phlegmaticis vexationes maximas, cruditates,& corporis modicam ſalutem.

Ex frigido,ſiccoq; humore hæc nigra ſigna cauſantur, nàm prę craſſa, quam in ſe retinet, denſitate, illas non valet digerere cruditates, vndè poſtmodum oriuntur ſigna illa nigra, maleſico Saturno attributa.

De ſignis rubris in ſanguineis,& alijs humoribus.

RVbra ſigna in ſanguineis, ſubitam perturbationem ferunt,& iracundiam.

In mœſtis,ſingularem perniciem, & angorē.

In iracundis, ſanguinis effuſionem, iram, & contentiones.

Et in phlegmaticis,excruciationes,ac ſuperfluos,vitioſoſq; humores.

Ex aduſto, ac inflammato humore, rubræ naſcuntur apparitiones, quarum vapores, ob calidam, quam habent, ſiccitatem, ipſas effingunt apparitiones.

De

De ſignis cineraceis per quatuor humores.

CVm fuerint ſanguinei ſignati cineraceis ſignis, timore ferentur, & metu; hoc enim euenit, quia virtus creſcens, & generãs Iouis, ijs quandam defert ſuperfluitatem crudam, quæ quidem, nihil præſtat, niſi timorem.

Meſti domeſtica furta patientur rerum familiarium, quia tunc magis læſa erit retentiuà virtus, cùm in ventriculo fuerit retenta frigiditas, harum cauſa perpeſſionum furti.

Iracundi magnam deguſtabunt iracundiam, & iræ laceſſitationem, quoniam virtus attractiua læditur à Marte, & humores iracundi, ac bilioſi, dum commouentur, mentis afferunt exagitationes, atq; cogitationum.

Phlegmatici, crudorum humorum perpeſſionibus agitantur, ex quò Lunæ animalis virtus eſt in iecore læſa ob ſuperfluos humores ipſam cruditatem cauſatores.

4 Hæc namq; cineracea ſigna, è Solis fluunt vitalis virtutis infirmitate; quandoquidem chilus cùm non ſufficienter concoquitur, ipſas foras emittit apparitiones languidas, ac modicę ſpeciei; nàm ſi foret ipſa vitalis contemperata à Iouis generante virtute, & Veneris appetitiua, abundè chilum generaret, nec eo colore ſigna produceret,

Cùm

Cũ ergò ſigna huiuſmodi videbuntur, perſpicuum eſt, Lunæ virtutem animalem (quemadmodum præmiſſum eſt) eſſe debilem præcraſſorum excrementorum nimia copia, quæ ex pituoſis procreantur humoribus, qui, cum nequeant concoqui, tales eliciunt apparitiones, & inconſtantiam inducunt, ſegnitiem, ac erroneas in mente opiniones.

Præterea; ex retentiuæ Saturni imbecillitate, nonnullæ prodeunt cineraceę apparitiones, quę quippè cunctationes ſolent importare, mala conſilia, incredulitates, vexationes, imbecillitates, atq; finctiones, ac talis eſt debilitas hæc (ob quod fit in ventriculo impedimentum, vbi ipſa viget retentiua) vt, ex phiſicis terminis, ratione nil aliud valet inferre, quàm ipſa ſignificata.

Sed vbi à creſcente, & generante virtute manant apparitiones, albæ ſunt, lacteæ, & pulchra ſpecie, quæ quidèm virtus, formam informat corporis, & quemadmodũ plus, minuſuè habilis fuerit, vel ęgra, ſic & effinget ſignorum apparitiones, cumq; poſtmodum cæteræ virtutes obijciuntur inter ſe, ſolent apparitiones cineraceæ variatæ videri, ac tunc ſpes falſas decernunt; & cogitationes, quas homines mente peruolent, nihil proficient, ob inconſtantiam, ſegnitiem, indecentiam, ac erroneas opiniones, quas in cogitatione conſtipatas retinebunt.

Indifferentes verò apparitiones, quæ nec nigræ videntur, nec albæ, ex attractiua, in venis miseraicis reſidente, naſcuntur virtute, quòd ſi prorſus albæ forent, quàm ſufficiens virtus eſſet, benè mixta, & concocta cum vitale; & ſi omninò nigræ, non dubium, quin ex frigida interiecta infirmitate ſcaterent apparitiones, ſi rubræ, ex bile ſuperuacua cùm itaq; cineraceo ſint colore, procul dubio, humor crudus eſt, proptèr quam habet intemperantiam, ac eo modo excitant apparitiones, & ſolent iacturas minitari, furta, dolos, perturbationes, proditiones, atquè rixas inter proprios amicos.

Solent quoq; ex Veneris appetitiua virtute emergere hæ cineraceæ apparitiones, quæ ſeruatur in guſtu, cùm tamen inæquabilis reperitur cùm retentiua Saturni, & Martis attractiua; ſed quando à ſola vi procederent ipſius appetitiuæ, omninò nigræ forent, & non mixtæ; at vbi Martis in illa aduſtio præualeret, quæ humidum aduréret radicale, ignite viderentur apparitiones; in qua ſi Iouis generans præſtaret, albæ eſſent, ac bene effinctæ; quòd ſi nulla horum adfuerit congruentia, vt cineracea appareant, neceſsè eſt, & iacturas inuelant cauſa mulierum, & mulieribus cauſa virorum; ac etiam cauſa amicorum, negotiorum ſine præmio, contradictionum, perturbationum, atq; defectionum famu-

mu-

mulorum,& famularum:

Proueniunt etiam ex Mercurij imaginatiua, quæ eſt in cerebro;ſed quoniam imaginatio,& cerebrum non ſemper in eadem ſunt firma ſententia, variæ nonnunquam cernuntur apparitiones, hoc eſt, modo longæ, modo rotundæ, atq; quadratæ,& ſimiles,propter quòd, ſignificata quoq; erunt diuerſa;& ſi hæc imaginatiua eſſet coniuncta vitali, & foras emitteret ex his aliqua ſigna in iſta ſituatione, vitę præfiguraret incrementum,ſtatus, vigoris, & corporis bonæ habitudinis.

Solis autem vitalis virtus,cùm in bona fuerit diſpoſitione,efficit,vt ſigna appareãt benè formata,quæ ſi magna extiterint,vtiq; magna erũt ſignificata,& exigua, ſi exigua, & hoc totum pendet à prima, ſuperiùs commemorata, cauſa, ſcilicet ex aqua in corde conſtipata, ceù principium, & motrix, nedùm apparitionum,& eorum affectionum,verùm,& veræ orignis,vndè hæc ſigna trahuntur; vt ideò, ſtudioſos oportet ſcire naturas,qualitates,ac iter ſtellarũ,quæ per aſtronomicas habentur; quandoquidem ex duodecim effectionibus, quas Sol perficit,formantur Zodiaci duodecim domus; Quare,cum Sol ſit (vt prætactum eſt) actualis dominus vitalis,conſiſtentis in corde, certum eſt,quòd in vnguium operatur apparitionibus,

iu-

iuxtà ſignum,in quo reperitur, nec ſolùm iuxtà ſignum,ſed iuxtà gradus, quia in ſtatutis gradibus manent ſtellæ fixę; operatur etiam ſecundùm aſpectus,quos eo tempore recipit,quo influit,generando primordium apparitionis. Et vt hi ſolis effectus pateant, ſpectetur in opuſculo noſtro, quod, de Neapolis contemperamento ædimus, quoniam ibi Solis inſpiciuntur effectus;ac cœterorum omnium Planetarum.

Cum igitur è vitali virtute aliquod in digito anulari oriretur ſignum,& Sol eſſet in Ariete domo Martis,ſua exaltatione ; & ſignum foret cineraceum,aduerſam in ilibus proponeret valetudinem,& id eſſet,quia imaginatiua Mercurij foret conglutinata cum illa Solis. Si Sol eſſet in ſigno Tauri,domus Veneris, & Lunæ exaltationis, ęgritudinem præſignaret in gutture , ac circà genua;ſi in ſigno Iemini domus Mercurij, & exaltationis capitis Draconis, inualitudinē in cruribus,brachijs,ac pedibus; ſi in ſigno Cãcri domus Lunæ,& Iouis exaltationis, circa pedes, & finitima loca;ſi in ſigno Leonis proprię domus,perpeſſiones in capite;ſi in ſigno Virginis,domus,& exaltationis Mercurij,in ore,lingua, & gutture; ſi in Libra domo Veneris, & exaltatione Saturni, circa humeros, & eorum confinia; ſi in Scorpione Martis nocturna domo,cogitationum imbecillitatem, cordiſq; de-

li-

liquium;ſi in Saggittario, domo Iouis, & exaltatione caudæ Draconis,pleurides, termina, matricaleſq; dolores; ſi in Capricorno domo Saturni, & Martis exaltatione, ægritudines in dorſo,finitimiſq; locis; ſi in Aquario ipſius Saturni domo,in genitalibus,& loca circùm, & ſi in Piſcibus domo nocturna Iouis, & Veneris exaltatione,laterum,dolores,renium, ſeminiſq; retentionem.

Cùm ergò hæc Mercurij imaginatiua ſit facilis cum Sole communicari,ideò ſuos effectus, ſub propoſitione deſcripſimus, & conditione Mercurij,qui,vt plurimum in eodem ſigno cum Sole videtur eſſe in cœlo, ſaltim cum gradibus viginta ſeptem. Itaq; ſi Mercurius fuerit cum imaginatiua,qua cerebrum protegit,& cum Saturno comitaretur, clarè cognoſceretur, quòd tàm ipſa imaginatiua, quàm retentiua, id ipſum proficent;quandoquidèm,obſeruatum eſt, quia Sol, quando cum Mercurio reperitur, duorum ſolium officio fungitur;& ſi fuerit imaginatiua cum creſcente Iouis,conſpiceretur iſta ſubdi illi Mercurij, ceù aptiori parti, & magis ſpirituali, ac in omnibus operibus præualere.

Poſtmodum,ſi accidit imaginatiuam, Martis attractiuæ miſceri, adaugetur magis, & in augendo,cumulum quoq; facit ſanguinis in venis miſeraicis;ſi cum appetitiua Veneris,conuertitur

tur in ipſam;Ac tandem ſi cum Lunæ animali, ipſam animalem magis addit;ad ſummam,ea eſt natura Mercurij,vt cui inhereat, ipſi conformetur.

At quoniam planetarię virtutes, corporeis reſpondent,perſpicimus vitale, reſidentem in corde,efformare neruos, cerebrum, & ſuas influentias influere in oculum dexterum, ac totam hominis partem dexteram.

Animalis Lunæ virtus præſidens in hepate, guſtui præeſt ſtomacho,Ventri,pudendis oculo ſiniſtro hominis,ac toti mulieris dextere parti.

Retentiua Saturni, in ventriculo conſidens, dominium poſſidet in aure dextera, liene, & veſſica.

Creſcens,& generans Iouis,tactui dominantur.pulmoni,coſtis,cartilaginibus,ac ſpermati, ſiuè ſeminis receptaculo.

Attractiua mansis venas tuetur miſeraicas, auditum,oculum ſiniſtrum,renes, venas, atquè teſtes.

Appetitiua Veneris,eſt domina guſtus,odoratus,iecoris, atq; carnis totius compoſitionis.

Mercurij demum imaginatiua,vim habet in cerebrum,linguam,fel,ambas narices, naſum, memoriam,totamq; deliberationem,quam diſponere poteſt humanum compoſitum.

Vitalis ſiquidem Solis virtus, annos tribuit ma-

maximos,mediocres,& minores, vtputà, centum viginti,ſexaginta nouem, & decem, & nouem.

Animalis Lunę, centum & octo, ſexaginta ſex,& viginti quinquè.

Retentiua Saturni, quinquagintaſeptem, quadraginta tres, & tres.

Creſcens,& generans Iouis, ſeptuaginta nouem,quadragintaquinque,& vnum.

Attractiua Martis,ſexaginta ſex, quadraginta,& quindecim.

Appetitiua Veneris, octuaginta duos, quadraginta quinque,& octo.

Et imaginatiua Mercurij, ſeptuaginta ſex; quadraginta octo,& viginti.

Prætereà anni maximi tribuuntur apparitionibus benè formatis. Mediocri, mixtis,& cōtemperatis,& minores, nec principium habentibus,nec finem,vt ſunt infanculi, quorum vngues vno iſtanti guttuiis plenæ videntur, quæ poſtmodum ictu oculi euaneſcunt, & hæ nullam habent ſignificationem.

Eſto igitur prouidus, & quod iudicaturus eris attente obſerua, quandoquidem admiratione conſpicies,& eſtaſi,quàm liberalis fuerit, & prodiga natura magiſtra,quæ,(vt ſis doctus, & capax)voluit occulta ſua ſacreta in centum, mille modis tibi propalare,& explicare,quæ in

intimo ſui centri, recondita ſeruabat; nihil ad ſummam in hominem collocauit, quod altiſſimo non fuerit miſterio, & excellenti architectura; è quibus apparitionibus, interni, externiq; nobis innoteſcunt effectus; interni ſcilicèt pro futuris ſucceſſibus, & externi pro ipſa ſignorum apparitione. Verùm, quomodo hęc natura agit, metipſa tibi in hominis compoſitione oſtendit, in quo primum, & ſecundum mobile ſpectantur, cœlum chriſtallinum, ſtellatum, Planetas, elementa, cunctoſq; quos poſſunt effectus generare cœli; quinimò ipſamet poſteà obſtupeſcit, hunc hominem conſiderando ex ſola phiſonomia, quę de toto agit humano corpore; deindè ex methopoſcopia, quę de frontis lineis pertractat, exindè occultorum opthomia, in qua occultos cernit cogitatus; manuum lineationibus, per quas futuros agnoſcit progreſſus; ac tandèm per pedum pedomantiam, veram planetarum ſituationem. Quamobrem appritiones iſtæ in vnguibus, phiſonomia, opthomia, lineationes, & pedomantia, vera dici poſſunt eſſe vaticinia.

Has namq; guttulas, voluit natu in vnguibus apparere; vt curioſus facilius queat aliquod ſingulare decernere ſignificatum; quę licèt momentaneæ, ſignificantes tamèn ſunt. Ideò priuſquàm ad iudicium deueniatur illius, quod iudi-

dicandum erit (conie&uraliter loquēdo) quinq; eſſentialiter, vt ſciat, oportet, vtpotè, ſituationē primo, qua ſciet, ad quid natura formauerit in illo loco illud ſignum.

Secundo apparitionem, qua ſimplicem intelliget ſignificationem præcipuarum ſpecierum ſignificatuum.

Tertio colores, quibus diuerſitatem cognoſcet formalium ſpecierum in humano plaſmate occurrentium.

Quarto formulum, qua plus, & minus, diſtinguitur ſucceſſuum.

Quinto verò, humorem, quo veram primorum principiorum determinationem diſcernet, ac phiſicum fundamentum.

Scietq; præterea, ipſa cum ſituatione congruentes effectus circa ipſam determinationē.

Cùm apparitione, differentiam, quę inter formam eſt, & materiam.

Cùm coloribus, quemadmodum à diuerſitate particulares ſpecies ſeeernantur.

Cùm forma, conie&uram, qua iudicium infertur.

Ac deniq; cum humore, naturam rerum, quę conſpiciuntur.

Situatio Topica loca ſignificat Planetarum.

Apparitio dicit in qua parte vnguis apparēt ſigna iudicanda; propterea enim quinq; ſunt or-

dinibus diſtributa, videlicèt Radice, Medio, parte ſuperiori, dextero latere, & ſiniſtro.

Colores, qui ſint ſimplices, quiuè mixti; ſimplices, ſunt albi, rubri, nigri, & cineracei; mixti verò, quando alter alteri coniuncti apparent, vtpotè albus, & niger, albus, & ruber, albus, & cineraceus, & ſic de cęteris.

Forma ſonat, qua ſpecie ſigna ipſa apparent, ſcilicèt, ſi ſperica, ſemiſpherica, curua, recta, octangulari, & ſimilibus.

Humor poſtremo indicat, quis de quatuor ſit ſangnineus, cum quo vadit color albus, vel iracundus, cum quo ruber incedit, vel pituitoſus, cum quo meat cineraceus, vel mœſtus, cum quo migrat niger, at ne lectoribus moleſti, & prolixi videamur, huic noſtræ diſputationi finem damus, ex qua prægrande etiam poteſt cōmodum hauriri, præ, quæ ibi dantur, monitis. Aduertendum tamèn eſt, has noſtras obſeruationes puras intelligimus eſſe coniecturas, & non iudicia; quandoquidem iudicare, non ad ſecundas cauſas, ſpectat, nec homines, ſed Deū primam cauſam, qui iudicat, parcit, & punit.

FINIS.

TA-

TABVLA

De ſignis albis apparentibus in vngue pollicis ſituationis Veneris. Cap. I. pag. 19
De ſignis apparentibus in digito indicis, Iouis ſituationis. Cap. II. 21
De ſignis in digito medio ſituatione Saturni. Cap. III. 22
De ſignis digiti anularis ſituatione Solis. Cap. IV. 23
De ſignis digiti auricularis ſituationis Mercurij Cap. V. 24
De ſignis nigris. Cap. VI. 26
De ſignis nigris digiti indicis ſituationis Iouis Cap. VII. 27
De ſignis nigris indigito medio ſituatione Saturni. Cap. VIII. 28
De ſignis nigris in digito anulari, ſituatione Solis. Cap. IX. 29
De ſignis nigris in vngue auriculari ſituationis Mercurij. Cap. X. 30
De ſignis rubris in vnguibus apparentibus; Annotatio. 31
De ſignis rubris in vngue pollicis apparentibus ſituationis Veneris. Cap XI. 33
De ſignis rubris in vngue indicis, ſituationis

Io-

Iouis. Cap. XII. 35
De ſignis rubris in vngue digiti medij Saturni ſituationis. Cap. XIII. 36
De ſignis rubris vnguis anularis ſituationis Solis. Cap. XIV. 38
De ſignis rubris, vnguis auricularis ſituationis Mercurij. Cap. XV. 39
De ſignis cineraceis. Cap. XVI. 42
De ſignis cineraceijs in vngue indicis ſituationis Iouis. Cap. XVII. 45
De ſignis cineraceijs in vngue digiti medij ſituationis Saturni. Cap. XVIII. 46
De ſignis cineraceis in digito anulari, ſituatione Solis. Cap. XIX. 49
De ſignis cineraceis in vngue auricularis ſituationis Mercurij. Cap. XX. 52
Modus cognoſcendi cuinàm de quatuor humoribus vngues manibus ſint addicti. Cap. XXI pag. 54
De præcipuis effectionibus, quas alba ſigna faciunt, quando apparent in vna de quatuor humoribus, & primò de ſanguineis agemus aeri adſcitis. 56
De ſignis nigris in ſanguineis, & alijs humoribus. 56
De ſignis rubris in ſanguineis, & alijs humoribus. 57
De ſignis cineraceis per quatuor humores. 58

Poteſt imprimi.

Fr. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Conu. Emin. Card. Philam. Theol. & Conſult. S. Offic.

IMPRIMATVR.

Gregor. Peccer. Vic. Ven.

Reg. fol. 47.

Digitized by Google

Digitized by Google

Dell' Unghia del dito groſso.

Quando appariſce un ſegno in mezzo del Unghia del dito groſso, denota ſpesa, danno per Causa di Donne: se appariſce nella parte inferiore, denota persecutione, odio, et aborrimento per Causa di Donne: Se nella parte ſuperiore denota disgusti, e trauagli per Donne di baſsa condiȧtione. Se è nella parte dritta, denota qualche reuolutione, e confusione per Causa di one Donne: Se nella parte manca, denota gridare, contraſtare, ò litigare per qualche Donna. Et ancora denota male, è dolore nelli genitali.

Del Unghia del Deto Indice.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Quando apparisce in mezzo del Unghia dell' Indice, denota perdita di cosa toccante ad' habiti, ò gioia, ò cosa d'ornamento, et abeglim.to se nella parte inferiore, denota, che li sarà rubato qualche cosa, che con se porti presso, e stima: se nella parte superiore, denota, che Lui propr.o comprerà, ò getterà, ò perderà qualche cosa di valore di quelle, che seco porta, e questo si collerà, è stilla hauuta. Se nella parte dritta, denota impegnar habiti, ò uestiti di prezzo, et anco denota qualche influsso, ò flussione di sangue. Se dalla parte manca denota, che con molto dispiacere, e perdita

haverà da vendere qualche
cosa di quelle, che seco porta,
e con qualche detrim.^to del
suo honore.

Del Vnghia del deto di mezzo.

Quando apparirà un segno ne=
gro in mezzo del Vnghia
del deto di mezzo, denota qual=
che perdita di heredità de co=
sa promessa, e dovuta: se
nella parte inferiore, denota
perdita di qualche parente, ò
persona de molta affettione,
et ancora denota alcun inci=
ampo, ò cascata con molto dan=
no: se nella parte superiore
denota spese straordinarie
e dispersione de beni: se nella
parte dritta denota alcuna
inimicitia, et ancora denota

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

che li si moverà, et altererà di humor malenconico cau-
sandoli dolori nelli nervi
e nell'ossa, ò fiacchezza di
stomaco: Se nella parte
manca denota gran persecu-
tione de' nemici cercando con-
trasti con molta inquietitude.
Del Vnghia del deto anulare.
Quando appariscè un segno negro
in mezzo del deto anulare,
denota perdita de' danari, foco,
ò Cascate: Se nella parte in-
feriore denota, che li suberan-
no denari, gioie, ò cosa di
stima, e valore. Se nella par-
te superiore denota succeder-
li qualche disgratia, ò affronto
ò dishonore: Se nella parte
dritta, che li saran chiesti

denari in prestito, e passerà pericolo, che non li siano resi, ò che lui prop.° li spenderà male. Se nella parte manca, denota esser perseguitato da qualche ministro di Rè, ò che cascherà qualche carico nella Rep.ca, ma denota d' haver à patire de febre, ò dolore improviso al Core.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Del Unghia del deto piccolo.

Quando apparisce un segno negro in mezzo del Unghia del deto piccolo denota, che persone de amicitia, e parentela tratteranno delle suoi Conditioni, e Costumi, e non se pareranno buone:

Se nella parte inferiore denota, che parenti, et amici li mouerano Lite con improuisi disgusti: Se nella parte Superiore, denota, che perderà qualche Libro, Lettera, carta ò cose toccanti à Scritture causandoli un poca di Colera. Se alla parte deritta denota persecutione di qualche Dottore, ò Notaro, Scriuano: Se nella parte manca, denota patirà qualche disgratia nelle mani, ò nel ceruello, ò che haurà afflittioni di Spirito, ò che finalmente patirà qualche inquietitudine p. Dottori.

Sed super omnia Deus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google